



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

217. De modo bene jejunandi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CCXVII.

*Didagma XXIII. De modo bene
jejunandi.*

I. **C**um autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam, *Matth. 6. 9. 16.*

II. Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava: *Matth. 6. 9. 17.*

III. Ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo, qui est in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. *Matth. 6. 9. 18.*

MEDITATIO CCXVIII.

*Didagma XXIV. Congregandos the-
sauros in celo.*

I. **N**olite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur, *Matth. 6. 19.*

II. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. *Matth. 6. 9. 20.*